

5  
h 402 m

DE  
RATIONE QUAE INTERCEDIT  
INTER FICHTII DE DEO DOCTRINAM  
ATQUE KANTIANAM

DISSERTATIO  
INAUGURALIS PHILOSOPHICA  
QUAM  
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
AB  
AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE  
IN  
ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM  
VITEBERGENSI CONSOCIATA  
RITE IMPETRANDOS  
SCRIPSIT  
CONSTANTINUS VAN DER BRIELE  
ANHALTINUS

21/2 80.

Reicke

Aus der Bibliothek  
des Prof. Dr. Rudolf Reicke  
1906. Acc: = nr. 508.

HALIS SAXONUM  
TYPIS PLOETZIANIS  
MDCCLXXIX




DE

DISPRTATIO

INUSUALIS PHILOSOPHIA

INUSUALIS PHILOSOPHIA



ACADEMIA SCIENTIARUM

INUSUALIS PHILOSOPHIA

INUSUALIS PHILOSOPHIA

MDCCCXXXIX

In notione, quam de Dei natura animo sibi finxerint philosophi illustrissimi atque praeclarissimi — Kantius Fichtiusque, — investiganda paulo accuratiorem et diligentiam et operam consumere, haud parvae delectationi fore nobis speramus. Nam religionis philosophiae prorsus ratione habita intellegi potest, viri illi quam exstiterint excellentes honestateque perlucentes, quod omne studium in contemplatione ad mores atque officia relatâ collocaverunt.

Atque quaerentibus nobis, quaenam apud Kantium Dei notio in criticis illis tribus clarissimis (c. rationis purae, practicae, facultatis iudicandi) versetur, inquisitio idcirco in difficultatem vocari videtur, quod quae efficiuntur ex iis in unum non congregiuntur. Quod quidem haud ita difficile est intellectu, nam principia illa, unde exordium capit atque ad quae spectat speculatio, maxime inter sese diversa sunt.

Neque vero minores afferuntur difficultates Fichtii doctrinam de Deo nobis inspicientibus, quoniam de ea re vel doctissimi humanissimique viri inter se dissentiunt, utrum eandem doctrinam philosophus obtinuerit necne.

Quae cum ita sint, id potissimum agendum nobis videtur ut cognoscamus cum — qua ratione et via usi philosophi ad summam pervenerint suarum sententiarum, tum — an systemata eorum gradatim emendata atque perfecta, gradatim mutata appareant.

Iam ratione viae quam philosophi nostri ingressi sunt habita, id obstat, quod suam quisque propriam sententiam de mundo sensitivo et diversam in medium profert. Kantius enim totum mundum, qui in sensus cadit, nihil nisi speciem subiectivam esse disserit, quamquam unicuique rerum speciei rem per se sumptam subesse disputat.

Ac Fichtius quidem similiter mundum nostrum sensitivum transmudani duntaxat imaginem in nobis percussam esse declarat. (cf. Joh. Gottl. Fichte's sämtliche Werke (S. W.). Herausgegeben vom Im. Herm. Fichte, Berlin 1845: S. W. V p. 210 ,das Uebersinnliche, dessen Widerschein in uns unsere Sinnenwelt ist, — dieses ist es, welches uns hält und zwingt, auch seinem Widerschein Realität beizumessen: dies (also das Uebersinnliche) ist das wahre ‚Ansich‘, das aller Erscheinung zu Grunde liegt.')

Ex his apparet, quae quidem obiter modo attingere possumus, quantopere Kantius et Fichtius inter se distent respectu mundi sensitivi, quem nil nisi speciem interpretantur. Prioris vero sententia e cognoscendi theoria prodiit, alter metaphysicam rationem adhibet.

Quanta sit dissensio amborum philosophorum in mundo sensitivo declarando praecipue ex iis Fichtii intellegi licet locis, quibus invehitur in critice rationis purae. [cf. recensionem Aenesidemi: . . . es ist der menschlichen Natur gar nicht eingepflanzt, sondern es ist ihr vielmehr geradezu unmöglich, sich ein Ding unabhängig von irgend einem Vorstellungsvermögen zu denken.. die oft wiederholte Unterscheidung (sc. Kants) zwischen den Dingen, wie sie uns erscheinen, und den Dingen, wie sie an sich sind, welche Unterscheidung aber gewiss nur vorläufig und für ihren Mann gelten sollten . . . cf. etiam ,introductionem secundam in liter. doct. (Wissenschaftslehre) S. W. I. 472: Das Kantische System mag nach seinem genommenen Gange nöthig haben, auf diese Weise das Ding an sich von sich abzuhalten; die Wissenschaftslehre hat es auf andere Weise über die Seite gebracht; sie weiss, dass es die völlige Verdrehung der Vernunft(!), dass es ein rein unvernünftiger Begriff ist... die intellectuelle Anschauung im Kantischen Systeme ist ihr ein Uding(!), das unter den Händen verschwindet, wenn man es denken will, und das überhaupt keines Namens werth ist. — Iam vero quae ex critice purae rationis respectu transmudani resultata sint non vacare offensione gravissima, exprobrat Fichtius in ,transc. Log. Nachgel. Werke I. 321–322,

das höchst anstößige Resultat der Kritik der reinen Vernunft hinsichtlich des Uebersinnlichen u. s. f.' Praecipue e loco modo laudato quam minime Kantius et Fichtius consentiant in rebus ad transmundanum pertinentibus percipiendis intellegi potest. Quae posita uterque defenderit comparatione quadam sic exprimere liceat — Fichtium philosophiam, sicut Cicero dicit Socratem, e caelo traducere conatum esse; nam compertum habebat, quod iam nunc nobis dicere liceat, transmundanum re vera reale esse; contra Kantium a terra in summam naturam adripiendam manus porrexisse — adriperenon potuisse (in critice pur. rat. et fac. iudicandi). —

Atque ne opiniones prioribus temporibus quas proferebant philosophi, neglegamus, liceat paucis librum eum pertractare, in quo de re nobis proposita agitur. Tum, quam viam illi in systematibus explicandis ingressi sint, exponere conabimur atque considerare, quomodo ex germine, ut ita dicam, speciosissimi nascantur flores.

In utriusque autem de Deo doctrina comparanda id tantum agendum erit, ut quae totum eorum systema quasi perfluunt vel in eo inhaerent, sententias conferamus.

Sed haec hactenus. Iam tractanda sunt nobis philosophorum nostrorum systemata atque videndum, quae inter Fichtii de Deo doctrinam et Kantianam ratio intercedat.

In Kantii, quae ad Deum pertinet, doctrina duae potissimum diiudicandae et inquirendae sunt periodi. In altera quidem Leibnitii partes secutus\*) argumenta pro Dei existentia inveniri posse per rationem puram habuit in animo, quamquam quae vigeabant tum demonstrationes, nihil valere compertum habuit. Critice purae rationis a. 1781 conscripta in alias sententias discessit.

Priusquam ad haec placita perscrutanda aggredimur, placeat priorum temporum sententias, quae continentur ,argumento, quo Deum esse uno potest evinci' inspicere. cf. R.-S.

\*) cf. Im. Kant's Sämmtliche Werke, herausgegeben von Karl Rosenkranz und F. W. Schubert, Leipzig 1838 (R.-S.) und Im. Kants sämmtl. Werke herausg. von Hartenstein, Leipzig 1838. Modes. — R.-S. I, 47 ff: ,Versuch einiger Betrachtungen über den Optimismus' 1759.

I, 163 sqq. ,Der einzig mögliche Beweisgrund z. e. Demonstration des Daseins Gottes.' 1763.

Investigemus, si placet, quid sibi velit argumentum, quod philosophus noster ad existentiam Dei demonstrandam proponit.

Recte vero Kantius cognitiones nostras ad felicitatem summe necessarias non pendere ex subtilitate ratiocinationum argutarum, sed intelligentiae naturali communi proxime tradi, quippe quae, nisi arte prava perturbetur, non possit non ad verum nos atque utile ducere, quatenus iis maxime indigemus. ,Unde is sane rationis usus,' pergunt philosophus noster (cf. Born, Kantii opera crit. lat. vertit cet.) ,qui ipse adhuc intra carceres cognitionum communium vulgariumque versatur, argumenta satis evidentia de existentia et proprietatibus huiusce naturae suppeditat, quamvis scrutator subtilis ubique demonstrationem terminationemque notionum diligenter definitarum et ratiocinationum rite coniunctarum desideret. Nihilominus tamen non possumus non anquirere, *anne haec demonstratio uspiam sese nobis ostendat.* — Tali cognitione, opinatur philosophus, si semel ea potitus fuerit, multo plura se posse enodare.

Perspicue igitur sperat, se argumentum quoddam dare posse; nisi vero putas, illum ab initio de demonstratione desperantem, tantum conaturum fuisse. Immo vero propositiones argutas sublimesque in medium attulit, quibus existentiam Dei probaret atque tum persuasum habuit, veras esse rerum notiones, de quibus ageret, e quibus definitiones possent iustae effici per se propter veritatem perspicuitatemque utiles, quae vero ultimam manum artificis exspectarent, ut definitionibus possent adcenseri.

Quamquam illis temporibus tria argumentorum genera existentiae Dei — ontologici, cosmologici, (physico-) teleologici — haud ita sufficientia esse intellexerat, tamen in animo habebat illam demonstrationem evincere atque putabat se enucleasse, dari nullum aliud ad demonstrationem existentiae Dei argumentum praeter a se propositum. *Fidem vero Dei ex rationibus moralibus profectam esse, id quod postea in medium attulit, qui contendat locus, nullus invenitur.* Num



Kantius posterioribus temporibus de sententia quam supra attulimus, declinatum esse, idcirco in dubium vocatur, quod in scholis de religionis doctrina philosophica\*) argumentum illud inter alia maxima quadam satisfactione afficere contendit atque Deo sublato substratum omnium rerum possibilitatis tolli. 'At tamen, inquit, haec etiam demonstratio pro explorato (apodictice) non est certa; nam obiectivam necessitatem entis summi istius proferre non potest, sed subiectivam istius pro certo habendi.' *Logica* vero ratione argumentum de veritate delapsum esse, nondum intellexisse videtur. Quae sententiae mutatio, quantum notiones metaphysicae atque religionis potissimum valeant ad *cognoscendum*, (Erkenntnisswerth der relig. und metaphys. Begriffe), proprie et singulariter intercedit inter periodos philosophi nostri, quas supra nominavimus. — Neque vero prioribus temporibus entis (Sein) recta notio frustra quaeritur, i. e. 'positionis absolutae,' quoniam existentia nullum omnino attributum sit vel determinatio rei cuiuspiam. — Qua in re quamquam a philosophorum priorum temporum sententiis valde discessit, tamen eorum opinionem de 'realitatibus' earumque *cumulatione* in unum ens realissimum, de rerum compositione ex realitatibus et negationibus secutus est.\*\*)

Iam breviter argumentum, quod illa disputatiuncula pro Dei existentia praebetur, attingamus atque perstringamus, ut intellegamus, qualem Dei notionem tum habuerit philosophus.

Initio quidem sententia occurrit, quae postea critice rationis purae pervulgata ad hominum existimationem dimanabat: existentiam nullum omnino attributum esse vel determinationem ullius rei cuiuspiam; quae opinio, ut ait Kantius, mira videtur atque absona, sed ea in dubitato certa non est. — Existentiam autem cerni in rei cuiusdam positione absoluta eoque etiam ab unoquoque praedicato distingui. Jam possibilitatem omnium rerum internam quandam existentiam suppo-

\*) Vorlesungen über die philosoph. Religionslehre, Leipzig 1817 bei C. F. Franz, — quae intra annos 1180/90 habitae esse dicuntur.

\*\*\*) cf. disputatiunculam 'de optimismo' a. 1759. — Zeitschr. f. exacte Philosophie 1864/65.

nere. Nihil enim cogitabile datum esse, cum nulla materia neque ullum quoddam datum ad cogitandum adsit. Omne autem possibile esse quidpiam, quod cogitari possit. Quodsi ergo omnis existentia tollatur, nil omnino datum esse, nullam materiam cuiuspiam quod cogitari possit, universamque possibilitatem prorsus perire. Id, quo omnis omnino possibilitas tollatur, esse simpliciter non posse, vel eo, quo materia et data omnium possibilium tollantur, eo etiam omnem possibilitatem tolli. Atqui cum hoc sit tolenda existentia universa, omni ergo existentia negata, universam quoque possibilitatem tolli. Proinde esse simpliciter non posse, ut nihil omnino quidpiam exstet! — Cuius sententiae paralogismus, ut ita dicam, sub luce est. Nam id, quo materia et data omnium possibilium tolluntur, non congruit cum eo, quo omnis omnino possibilitas tollitur. — Kantius vero se demonstravisse, ens absolute necessarium existere, putabat! — Jam, pergit, res plures non posse esse absolute necessarias neque quidquam ex multis substantiis compositi naturam simpliciter necessariam esse posse. Quod ad probandum cogitatione, ait, vobis informetis plures esse vel omnes necessarias, tum istud repugnat numero antecedenti. Nihil aliud igitur relinquitur nisi, ut quaeque singulatim fortuito, omnes autem coniunctim simpliciter necessario exstent. Atqui hoc fieri non potest, quoniam congregationi substantiarum non maior necessitas existentiae esse potest, quam competit partibus, et cum his nulla omnino competat, verum existentia illarum fortuita sit, etiam existentia totius fortuita foret. — Quantum in errorem argumentatione hac accepta, delapsuri simus facile cognosci potest. Animo consideremus placitum illud: si existentia illarum partium fortuita sit, etiam existentia totius fortuita foret. Proponas quaeso animo exercitum, qui necessarius est regno. Unusquisque militum non opus est, ut regnum valeat; sed existentia totius exercitus non est fortuita, quamvis partes eius (milites) sint fortuitae. — Propositio enim placiti illius falsa est: de toto praedicari non posse, quod de singulis partibus praedicare non liceat. — Jam in dubium vocatur, quod philosophus dicit: Ne cogitari minime posse, aliquid ni-

hilum esse, idque hanc vim habere: possibilitatem internam tollere et *omne* cogitabile delere; unde patere, data cuiusvis cogitabilis in ea re proposita esse oportere, cuius exstinctione quoque contrarium omnis possibilitatis efficiatur, quod proinde ultimum principium contineat possibilitatis internae, id illud etiam universe omnino continere, proinde istud principium non posse in variis substantiis distributum videri.

Quid his placitis evincitur? Tantum: Nihil fortuiti existere, omnia necessaria esse; non: omnis possibilitatis principium simplici natura comprehendi. Insuper non congruit ‚possibilitatem internam tollere’ cum ‚delendo omne cogitabile’.

Quo in fundamento, quamvis debile falsumque sit, argumenta porro exstruuntur.

Cum data universae possibilitatis necesse sit in ea inveniuntur vel ut determinationes eius, vel ut consequentia per illam ut per principium reale primum data, intellegitur, universam realitatem uno alterove modo per eam comprehendi. (Originalausgabe Kants p. 34. R-S. p. 186 f.) p. 35: Quae quidem notionum confusio huc usque maxime obtinuit. Omnes enim realitates in subiecto uno non possunt ut determinationes iuxta se invicem locum habere. — p. 37: Possibilitas rerum aliarum omnium, ratione eorum, quae sunt realia in iis, ex natura pendet necessaria ut principio reali, — defectus autem in ea, quae res aliae sunt nec natura prima ipsa ut principio logico’.

Supra disputabatur, naturam necessariam substantia simplici absolvi, item non solum omnem realitatem aliam per illam ut per principium datam esse, verum etiam quae possit esse maximam, quae in natura quadam ut determinatio esse queat, illi inesse. Huc etiam intelligentiae voluntatisque proprietates pertinere. Cumque hae proprietates eae sint, quae ad summum queant realitatis gradum perducı, nihilominus ad posibles pertineant cogi, ut per naturam necessariam ut principium, intelligentia et voluntas omnisque naturae spiritualis realitas in aliis fieri possit, quae tamen in ea ipsa haud ut determinatio inveniretur. Consequens igitur maius foret principio ipso. Quoniam ergo consequens non

possit principium antecellere, intelligentia voluntasque substantiae necessariae simplici ut proprietates insint, esse necesse, hoc esse, illam esse *spiritum*.

Mihi satis est argumentum absolvere.

,Exstat, ait Kantius, quidpiam *absolute necessario*. Id quod *unum* est, quoad essentiam, *simplex* respectu substantiae, *spiritus* secundum naturam, *aeternum* ratione durationis, *immutabile* per naturam, *omnibus sufficiens omnium possibilium actualiumque*. *Deus est.*'

In universo rationum omnium haecenus adlatarum ad argumentum necessariarum nunquam vocabuli perfectionis mentio facta est. Vocabulum perfectionis vero, dicit philosophus noster (Scholion p. 45. R-S. p. 194a) semper relationem quandam ad naturam, quae cognitione et adpetitu utatur, supponere.

Argumentum de Dei existentia, quod ministramus non nisi eo nititur, quod aliquid esse possit. — Ergo — ait Kantius illud argumentum est, quod prorsus potest ex anticipatione (vollkommen a priori [!]) doceri. —

Haec habui de altera periodo quae dicerem. Placita philosophi nostri posterioribus temporibus, quoniam prioribus multo sunt graviora, indagemus si placet nunc accuratius. Nostra tantum intererat Kantii de Deo doctrinam, quam expletam et perfectam possumus, ascribere, quamquam, ut sententiae periodi adhuc disquisitae in universo philosophi systemate cum Fichtii comparando, aliquanto loco et numero sint, veremur.

Atque opiniones postea laudatae inveniuntur in libris, qui inscripti sunt ‚Kritik der reinen Vernunft, Kr. der praktischen Vernunft, und Kritik der Urtheilskraft.’

Videamus, quaeso, quae sit de Deo doctrina in critice purae rationis.\*) —

,Qua tandem via, ait philosophus noster, quibusve cumque subsidiis atque adminiculis ad res sibi subiectas cognitio

\*) Kritik d. rein. V. Rosenkranz und Schubert: I. Kant's sämmtl. Werke 1838 Leipzig. Voss. Vol. II, p. 31; Hartenstein, Im. Kant's sämmtl. W. 1838. Leipzig. Modes. II, p. 59 sqq. Kritik d. r. V. von Im. Kant. Herausgegeben von Karl Kehrbach. Leipzig Reclam. p. 48 sqq.

referatur, tamen is modus, quo illa proxime ad eas refertur, et quo omnis cogitatio motusque animi pertinet ac tendit, positus in contuitu est seu visione. Qui quidem tantum locum habet, quatenus res nobis datur atque obicitur. Id quod ipsum vero, certe in homine ita tantum fieri potest, ut illa animum quodammodo moveat atque afficiat. Sed vis illa (vulgaris receptivitas), qua ad modum, quo affici pellique rebus obiectis videmur, repraesentationes in nobis excitantur, sensus sive facultas sentiendi vocatur. Interveniente igitur sensu res nobis dantur et offeruntur, sed mente et intelligentia eae cogitantur atque ex hac existunt conceptus. Omnis autem motus animi mentisque agitatio attingat demum contuitus adeoque in nobis sensum necesse est, sive istud directe fiat sive circuitione quadam atque anfractu, ope certarum notarum; neque enim alia via est, qua res ulla nobis possit offerri. Ac necesse erit ut Kantii mentem quantum fieri possit, perspicue declaremus et quae de principiis atque natura cognitionis omnino sententia eius sit, aperiamus.

Mens igitur Kantii haec fuit. Omnem visionem nostram non nisi in repraesentatione phaemomenorum versari; res porro, quas intueamur atque conspiciamus non habere propriam quandam declarationem eius quod videatur, ita, ut ipsum per se sint prout eas intueamur et contemplemur, neque adfectiones illarum tales sint quales nobis videantur, adeo ut si nosmet ipsos, vel saltem singularem condicionem atque naturam sensuum omnino sustulerint, omnis illa condicio affectionesque illae omnes rerum in spatio et tempore observantium atque adeo spatium ipsum tempusque evanescant et quatenus visa sint non per se, sed tantum in nobis esse possint. Qualis autem natura rerum sit per sese atque ita, uti sint spectatarum secretarumque ab omni accipiendi facultate (receptivitate) sensus nostri, omnem vim mentis nostrae notionemque fugere videri. Nihil enim quidquam nos novisse, praeter nostrum illas percipiendi modum, qui nobis quidem peculiaris sit neque tamen unicuique naturae quamvis singulis hominibus, inesse necessario debeat. Atque ad illum modum omnis Kantii spectat oratio: Spatium et tempus in formis

sensus versari, sed sensationem generatim in materia. Ac formam quidem solam posse ex anticipatione cognosci, hoc esse, omni perceptione priorem esse, eamque propterea vocari visionem puram.

In theologia naturali, ubi naturam, quam contemplet, subiectam cogitemus, quae non solum nobis esse ad videndum proposita non possit, sed ipsi quoque non possit, quae in sensus cadat, oblata atque obiecta esse, ab omni illius visione (omnis enim quae in Deo sit, ut cognitio in visione versetur necesse esse, non in cogitatione, quippe quae semper terminis et cancellis contineatur) diligenter temporis spatiique leges removeri. — Quo autem iure fieri, ait philosophus noster, illud poterit, si utrumque in formis posueris ipsarum rerum per se spectatarum, idque in iis formis quae tanquam leges, quibus res exstant ex anticipatione, relinquuntur, rebus ipsis demptis et sublatis; nam qua leges, quibus fiat, ut omnino aliquid sit, iisdem etiam effici, necesse foret, ut Deus exstaret.

cf. R-S. II, 48—49. 719. 720 sq. Hart. II, 77 — 78. 85. 86.

Quibus sententiis expositis ad quaestionem, quae agitur atque quae initio critices purae rationis obstat, responsuri sumus: Qui fit ut *συνθετικῶς* possit ex anticipatione enunciari?

Nimirum per visiones puras anteceptas, quae quidem (ex Kantii opinione) haud latius patent, nihilque quidquam aliud attingunt quam res sensibus subiectas, locumque habere in solis rebus poterunt, quae esse obviae et propositae intelligentiae possunt. Sine facultate sensitiva fieri non potest, ut nobis res ulla offeratur, et sine intelligentia nulla res possit cogitari. Motus animi sine materia vacui sunt atque inanes et visiones sine conceptibus caecae. —

Quoniam autem, pergunt philosophus, facile alliciamur et moveamur, ut puris istis intelligentiae notitiis decretisque solitariis vel ipsos ultra terminos experientiae utamur (R-S. 65 sqq. Ha. 96 sqq.) quae quidem sola nobis possit materiam suppeditare, ad quam illi puri conceptus intelligentiae possint adhiberi, fieri, ut in discrimen veniat intelligentia per vanas

argutationes, principii solum formalibus intelligentiae purae utendi pro materialibus, et sine discrimine de rebus statuendi, quae nobis non datae sint atque propositae, quaeque forte nullo modo nobis potuerint obici atque offeri. Quae igitur proprie esse pro canone deberet iudicandi de usu empirico, ea abuti nos, si tanquam organon usus universalis atque infiniti eam accipiamus cumque pura intelligentia illa audeamus de rebus in universum *συνθετικῶς* iudicare atque decernere. Itaque partem posteriorem logices transcendentalis fallacem speciem eorum, quae ratio sibi falso arroget, aperire, quasque illa iactet de inveniendis vero propagandoque spes, ope tantummodo decretorum transcendentalium consequendas, ad meram diiudicationem intelligentiae purae curamque revocaturam esse, qua ab sophisticis praestigiis caveatur.

Inspiciamus si placet qua ratione et via philosophus noster porro argumentetur quemque ad finem res sit perducta.

Rem obiectam cogitare et rem obiectam cognoscere non esse unum idemque, dicit. Duabus quippe partibus cognitionem effici, altera conceptu, quo res obiecta omnino cogitetur (categoria), altera visione, qua res ea detur atque offeratur. Nullam rem nos posse obiectam cogitatione depingere, nisi ope categoriarum; nullamque rem nos posse cogitam cognoscere, nisi visionibus conceptibus illis consentaneis. Iam omnes visiones nostras positas in sensu esse, eamque cognitionem, quatenus res illi subiecta data sit, empiricam fore. Sed empiricam cognitionem cerni in experientia. Nobis ergo nullam esse cognitionem ex anticipatione posse, nisi solarum rerum experientiae quae esse possit, propositarum. (cf. R-S. 755 a. l.).

Supra vidimus conceptibus puris intelligentiae sine omni sensus condicione, nullas omnino posse res obiectas repraesentari, si quidem condiciones desint realitatis illarum obiectivae neque quidquam in iis praeter solam cogitandi formam deprehendi. Nihilominus tamen in singulo (in concreto) eos posse proponi, si ad phaenomena adhibeantur; quippe in quibus proprie habeant materiam conceptus empirici, qui non

nisi in conceptu versetur intelligentiae in singulo. — Verum *ideas longius* esse atque categorias a realitate obiectiva remotas; neque enim ullum inveniri phaenomenon posse, in quo possint in singulo ostendi. Continere in se perfectionem quandam, ad quam nulla quae esse possit cognitio empirica suppetat; rationem in eo duntaxat unitatem systematicam spectare, cui ea possibilem unitatem empiricam propius conetur adducere, ita tamen ut nunquam penitus ad eam pertineat. R-S. a. l. 443, 445 sqq. Multo autem longius atque idea, illud a realitate obiectiva distare videri, quod *ideale* vocetur et quo idea intellegatur non modo in concreto, verum etiam in singulari (individuo), i. e. ut singularem quandam rem, per solam ideam determinabilem aut adeo determinatam. (R.-S. l. c.) Neque haec idealia, etiamsi iis nullam realitatem obiectivam (existentiam) concesserimus, propterea tanquam imagines phantasiae spectanda videri, sed necessariam rationis normam esse, conceptu *eius*, quod omni numero absolutum sit, egentis, ut ad eam gradum queat defectusque imperfectionis et aestimare et metiri. Sic cum ideali rationis comparatum esse, quod semper in conceptibus niti determinatis debeat, ut *regulae servire ac prototypo sive obtemperandi sive diiudicandi*. — Sed longe aliter se habere cum idolis phantasiae, de quibus nemo mentem explicare possit, neque conceptum perspicuum suppetitare.

Ideale autem fore prototypum omnium rerum, quae cunctae, ut 'ectypa' imperfecta, inde materiem depromant possibilitatis; cuique quamvis plus minusve appropinquent, permul-tum tamen abesse, ut ad illud pertineant. Ita universam possibilitatem rerum ut derivatam, solamque tantummodo illam eius, quod omnem in sese realitatem contineat, ut originariam spectari. Omnes enim negationes (quae tamen in solis illis attributis versentur, quibus cuncta alia possint a natura perfectissima (realissima) discerni) meris contineri carceribus realitatis maioris tandemque summae, proinde illis haec poni easque quoad materiam esse ab illa solum derivatas. — Quamobrem, quae in sola ratione insit, rem ideali eius propositam naturam originariam (ens originarium),



quatenus nullum sese habeat superiorem, naturam summam, quatenus universa, ut ad condiciones adstricta, illi subsint, naturam naturarum (ens entium) appellari. Verum illis omnibus non adfectionem designari obiectivam rei oblatae in veritate apparentis ad res alias, sed ideas ad conceptus, nosque de existentia naturae tam praestantis prorsus nescios relinqui atque ignaros. Quoniam itidem haud dici possit, naturam originariam multis naturis constare derivatis propterea, quod quaeque eorum illa ponatur neque proinde illud possit discerni, ideale naturae originariae etiam ut *simplex* fore cogitandum. (Hac sententia argumentatio quam supra nominavimus, exstans in libro qui inscribitur, Ueber den einzig mögl. Beweis cet.—in memoriam reducitur.) — Proinde aliam cuiusvis ab hacce natura originaria possibilitatis derivationem itidem haud posse ut circumscriptionem (Einschränkung) summae realitatis eius quasique illius divisionem spectari, — tum enim naturam originariam ut solam naturarum derivatarum congregationem consideratum iri, quod fieri non posse; — potiusque rerum omnium possibilitati summam realitatem quasi fundamentum quoddam nihilque ut complexum (Inbegriff) fundamento subesse, neque varietatem prioris in circumscriptione ipsius naturae originariae, sed eius consecutione plena niti, ad quam quoque mundus sensibilis, una cum omni in phaenomeno realitate pertineret, quae ad ideam naturae summae non possit velut ingrediens quiddam spectare.

Quodsi igitur hanc ideam, dum eam facianus *ὑπόστασις*, ulterius prosequamur, naturam originariam ex solo realitatis summae conceptu posse *ut unam, simplicem, omnibus sufficientem, aeternam*, et sic porro, ad summam in absoluta illius perfectione atque universitate ex omnibus praedicamentis nos determinare. Conceptum talis naturae esse conceptum Dei, sensu transcendentali cogitatum atque ita ideale rationis purae propositum esse theologiae transcendentali. — Hoc igitur ideali naturae perfectissimae (entis realissimi), quamquam in sola repraesentatione versetur, primum effici reale, id esse rem obiectam, tum illud reddi hypostasim, tan-

dem ex naturali rationis ad unitatem perficiendam progressu, *specie indui personae*; si quidem unitas experientiae regulativa haud in phaenomenis ipsis (in solo sensu) nitatur, sed in coniunctione varietatis illorum per intelligentiam (in apperceptione), proinde unitas realitatis summae et determinabilitatis perpetua (possibilitas) rerum universarum in intelligentia quadam suprema ideoque in natura *inesse intelligente videatur*.

Qua ratione mens naturalis ad Dei notionem pervenire conetur, hoc fere modo Kantius depingit. — Est aliquid perquam dignum notatu, si aliquid exstare sumseris, non evitari posse consequens, quidpiam etiam necessario exstare.\*) Sin vero ad res, quae in veritate rerum apparent, universe debeam quiddam necessarium cogitare, nullam vero rem per se ipsam ut necessariam iure possim cogitare, necessario inde consequitur, necessitatem rationemque fortuitam non res ipsas et attingere oportere et in eas cadere. R.-S. 479 sqq. Ha. 472 sqq. — Quo quidem sensu utrumque decretum potest duntaxat ut *heuristicum et regulativum* simul constare quod invitamentum rationis *formale* curet. — Absolute necessarium autem extra mundum ponendum est; si quidem illud servire debet principio unitatis phaenomenorum, quanta esse potest maximae, ut rationi illius supremae neque unquam in mundo eo possumus pervenire, quoniam altera regula praecipit, ut omnes unitatis causas empiricas semper ut derivatas spectemus. — His igitur expositis, dicit philosophus, intellegi, *ideale naturae summae non nisi in quodam principio versari regulativo*, quo omnis coniunctio in mundo debeat perinde spectari, ac si e causa quadam perfecta existat necessaria, ut regula in ea unitatis systematicae atque ex legibus universalibus necessariae in illa explicanda ponatur, nec vero in adsertione quadam cerni existentiae cuiusdam per se necessariae. Neque tamen itidem posse evitari, ne hocce principium formale, ope subreptionis cuiusdam *transcendentalis*, ut constitutivum nobis repraesentemus eamque unitatem hypostaticam cogitemus. R.-S. 481 sqq. Ha. 474 sqq.

\*) R.-S. 456—457. Ha. 451—52. cf. supra ‚der einzig mögliche Beweisgrund zu e. Demonstration des Daseins Gottes!‘

Quamobrem naturam summam usui mere contemplativo rationis solum manere, sed ab omni vitio vacuum ideale, conceptumque universam cognitionem humanam finientem atque coronantem, cuiusque realitas *obiectiva in rationis via non* probari quidem possit, verum etiam haud convelli.

Necessitatem, infinitatem, unitatem, existentiam extramundanam (non ut animam mundi [Weltseele]), aeternitatem sine legibus temporis, omnipraesentiam sine condicionibus spatii, omnipotentiam et quae sint cetera generis eiusdem, in meris versari attributis transcendentalibus et proinde conceptum eorum depuratum, quo quaeque tantopere theologia opus habeat, duci posse tantummodo e transcendentali.

Iam minime esse, quod nos impediat, quominus has ideas itidem obiectivas et hypostaticas sumamus. Vacare enim repugnantia; quī igitur quispiam realitatem illarum obiectivam possit oppugnare, cum de possibilitate illius tam parum sciat ut eam neget, quam nos ut illam affirmemus?

Quamobrem si huiuscemodi naturas ideales sumamus, cognitionem nostram rerum experientiae, quae esse possit, subiectarum proprie haud amplificare nos atque augere, sed tantummodo unitatem earum empiricam ex unitate systematica, cuius nobis idea schema ministret, quae proinde *non ut principium constitutivum valeat*, sed tantummodo *ut regulativum*. Cum enim, quae ideae respondeat, rem sive ens reale ponamus, id non ita nos dicere, ut cognitionem rerum nostram velimus e conceptibus transcendentalibus amplificare atque augere; si quidem hoc ens duntaxat in idea nec per se ipsum constituatur, proinde solum ut unitatem systematicam exprimamus, quae nobis esse normae debeat usus rationis empirici, ita quidem, ut de fundamento huiusce unitatis aut de proprietate interna eiusmodi entis, in qua illa tanquam causa posita sit, nil quidquam decernamus. — Itaque hinc fieri, ut, si naturam quandam divinam ponamus, equidem nec de possibilitate *interna summae illius perfectionis*

neque de necessitate existentiae eius ne minimam quidem cogitationem habeamus. R.-S. 521—25. Ha. 511—514.

Sic conceptum transcendentalem unumque determinatum, quem ratio mere contemplativa de Deo nobis largiatur, sensu strictissimo deisticum esse i. e. rationem ne obiectivum quidem eiusmodi conceptus valorem, sed tantum ideam rei cuiuspiam ministrare, in qua omnis realitas empirica unitatem summam suam necessariamque constituat, quamque non possimus nisi ad analogiam verae cuiusdam substantiae, quae ex legibus rationis rerum omnium causa sit, cogitare.

Exposuimus ut potuimus, quae maxime ad Dei doctrinam in critice purae rationis pertinere arbitrabamur. Longius quam institueramus, sumus proveci. Itaque brevius quas sententias de Dei notione in criticis facultatis iudicandi et practicae rationis habuerit philosophus, pertractemus.

Argumentatio quae occurrit in critice facultatis iudicandi haec est.

Intelligentiae humanae prorsus necessarium est, ut possibilitatem rerum atque existentiam discernat. Cuius quidem causa in subiecto inest naturaque virium cognoscendi illius. Namque nisi ad eas exserendas duabus opus partibus foret prorsus dissimilibus, et intelligentia conceptibus et visione sensitiva rebus obiectis iis consentaneis, nulla omnino eiusmodi distinctio (possibile inter et exstans) foret. Iam concedendum est, nos mechanismi technicesque naturae, i. e. nexus finalis in ea nullum prorsus discrimen reperturos fore, nisi intelligentiae nostrae ea ratio esset, ut ab universali ad speciale illi progrediendum sit, iudicandique proinde facultas respectu specialis nullam formam finalem cognoscere possit, proinde nulla iudicia determinantia ferre, nisi legem habeat universalem, ad quam illud queat adsumere. Sed cum speciale qua tale, respectu universalis, quidpiam fortuitum retineat, sed ratio tamen in coniungendis legibus naturae singularibus quoque unitatem, proinde legalitatem postulet, conceptus formae finalis naturae in productis illius conceptus erit facultati iudicandi humanae respectu naturae necessarius, non vero ipsarum rerum obiectarum determinationem

attingens, proinde principium rationis iudicandi facultati subiectivum, quod ut regulativum (haud constitutum) ad facultatem iudicandi nostram itidem necessario valet, ac si principium obiectivum esset. — Per universale intelligentiae nostrae non esse speciale determinatum et fortuitum esse, quotuplici modo res diversae, quae tamen in nota quadam communi conveniant, perceptioni nostrae queant observari. Intelligentiam nostram facultatem esse conceptuum i. e. intelligentiam discursivam. Quoniam vero ad cognitionem etiam visio pertineat et facultas plenae spontaneitatis visionis cognoscendi vis foret ab sensualitate diversa ex eaque haud pendens, posse quoque intelligentiam intuitivam cogitari, quae haud ab universali ad particulare atque ita ad singulare progrediatur, cuique illa fortuita naturae in productis suis concinentis cum intelligentia ratio ex legibus singularibus haud deprehendatur. — Solum consequens esse ex peculiari intelligentiae nostrae natura, si producta naturae non nisi genere finium causarumque finalium nobis ut possibilia repraesentemus, illudque principium haud possibilitatem spectet earum rerum ipsarum, verum tantummodo diiudicationem illarum nostrae intelligentiae possibilem attingat.\*) —

Iam Physicotheologiam ut maxime excolatur, nobis nihil quidpiam posse de scopo creationis (Endzweck) aperire. Eam ergo de conceptu quidem causae mundi intellegentis, ut conceptu pro natura facultatis cognoscendi nostrae solum subiective utili atque idoneo possibilitatis rerum, quas nobis possimus ex finibus cogitando informare, rationem reddere, sed conceptum istum neque theoretico respectu nec practico ulterius determinare illiusque conatus finem haud consequi, theologiae constituendae. Ex principiis igitur usus rationis solum theoreticis (quibus solum physicotheologia nitatur) conceptum Dei ad teleologicam nostram naturae diiudicationem idoneum nunquam posse elici. Ideam ergo intelligentis creatoris nil nisi *regulam esse, qua ut in natura perquirenda* atque investi-

\*) cf. Kr. d. Urtheilskraft: Kehrbach p. 293. 294. 295. [R.-S. IV, 296—299. Ha. VII, 282—286.] Ke p. 330 sqq. [R.-S. 335 sqq. Ha. 319 sqq.]

ganda ita agamus, praecipatur, *ac si natura* ab intelligenti auctore sit creata.

Sed haec hactenus! Restat, ut criticen practicae rationis perquiramus. Sed priusquam rem institutam porro tractamus et absolvimus, quae usque ad hoc tempus effecta sint, consideremus.

Omnes demonstrationes de Dei existentia philosophus noster ad irritum redegerat eo, quod omnes phaenomena quidem, non res ipsas declarare possent. \*) Diudicat enim duos ut ita dicam mundos, quorum alter tantummodo locum habet, quatenus res nobis dantur atque obiciuntur, quibus repraesentationes in nobis excitantur, *mundus sensus sive facultatis* sentiendi. Is sane *speciem* quandam legalem, non *veritatem obiectivam cognitioni* humanae offert. Alter quidem mundus, quo propria veritas continetur, existentiam quidem *materia sensui indicat*, sed respectu qualitatis plane occultus est. — Causam cum quaerimus, cur is mundus nobis plane ignotus sit, animum nostrum *pro sua originali* institutione mundum suis ipsius legibus gignere inveniemus, quae cum legibus transmundanis non consentiunt. Quo fieri, putat philosophus, ut ratio theoretica, cum de re transcendentali disputaret, et possibilem et impossibilem esse eodem iure contendere possit. \*\*)

Itaque nisi coniunctio quaedam utriusque mundi obversetur et Deum existere et non esse Deum iure eodem dici posse, quamvis nobis idea schema ministret. Sed philosopho nostro unus luminis radius ex mundo transcendentali in nostrum phaenomenorum progedi videbatur: lex moralis. Qua ratione et via ad Dei notionem in critique practicae rationis pervenerit, nunc nobis proposuimus explicare. (R.-S. Vol. 8 p. 103 - 318 Ha. Vol. 4 No. II, p. 95 - 290). cf. Zeitschrift f. exacte Philosophie.

Atque *moralem legem*, cum res omnes empirice dadas earumque causalitatem *voluntatis* plane praetermittat, ex mundo empirico sive sensus ortam non esse videri, ex transcendentali igitur esse natam, in medium

\*) cf. Kritik d. reinen V. R.-S. 461 sqq. Ha. 456 sqq.

\*\*) v. s. p. 17.

profert philosophus. Sin igitur *hominis voluntas*, purum *phaenomenon* idemque causalitatis *empiricae* legi subiectum esset — *legem moralem non posse eius legem esse*, quod *phaenomenon* non existat nisi facultati *theoreticae animi nostri atque ab ea sola*, non a mundo *intelligibili leges sumat*. Legem vero moralem sine ulla dubitatione legem voluntatis nostrae esse. Ducere vero ad quaestionem practicam, Kantius noster disserit, quae nullis omnino elateribus sensitivis accedentibus solum per rationem puram praecipitur, nempe ad perfectionem necessariam primae praecipuaeque partis *summi boni*, ad moralitatem, et cum haec solum in aeternitate tota queat solvi — ad postulatum immortalitatis. Eadem lex etiam ad possibilitatem *alterius elementi summi boni* nempe *felicitatis moralitati illi consentaneae*, pariter *sine omni studio utilitatis propriae*, atque antea, ex ratione sola ab omni studio aliena, nimirum *ad sumendam causam causae huic effecto idoneae ducat*, necesse esse i. e. existentiam Dei, ut ad possibilitatem summi boni necessario pertinentem postulet.

Legem moralem enim ut legem libertatis, per rationes determinantes, quae ab natura eiusque cum facultate adpendendi (ut elateribus), prorsus esse liberae debeant, imperare, nec vero naturam rationemque agentem in mundo, simul causam mundi esse ipsiusque naturae. In lege ergo morali ne minimam quidem rationem inesse nexus necessarii inter moralitatem felicitatemque illi aequabilem.

Nihilominus in quaestione practica purae rationis eiusmodi nexum ut *necessarium* postulari; existentiam ergo etiam causae universae naturae a natura diversae, quae rationem huius nexus, *quippe summi felicitatis cum moralitate concentus contineat*, postulari. Atqui naturam actionum capacem ex repraesentatione legum, intelligentiam esse (naturam rationemque) atque eiusmodi naturae *causalitatem* ex hac legis repraesentatione esse voluntatem illius. Causam ergo naturae supremam, quatenus ad summum bonum sumenda videatur, *naturam esse, quae per intelligentiam ac voluntatem causa sit* (proinde auctor) naturae rerum: *esse Deum*.

Legem moralem imperare, ut, quantum esse possit summum bonum in mundo ut ultimam rem obiectam *universae vitae* statuam. Quod vero effici non posse sperari, nisi per convenientiam voluntatis hominis cum voluntate *auctoris mundi sancti atque benigni.*\*)

Sed ne multa! Iam speramus, Kantii de Deo doctrinam plane expressam fore.

*Ex critice purae rationis resultata erant:* Dei cogitationem semper duntaxat ideam esse, quae neutiquam directe ad naturam a mundo diversam, verum ad principium regulativum unitatis mundi systematicae, sed solum ope cuiusdam schematis illius, nempe intelligentiae supremae, quae ex finibus sapientibus eius auctor sit, referatur. Quid haec prima causa unitatis cosmicae per se ipsa sit, non debuisse cogitari, sed quomodo eam vel potius eius ideam relative ad usum rationis systematicum respectu rerum in mundo, debeamus usurpare.

Videamus, si placet, quae in critice facultatis iudicandi in medium afferantur. Ideam intelligentis creatoris nil nisi regulam esse, quae in natura investiganda, ut ita rationem habeamus, praecipitur, ac si intelligens eius auctor existat.

Denique summa critices practicae rationis ascribatur, legem moralem ad possibilitatem alterius elementi summi boni, nempe felicitatis moralitati consentaneae, pariter sine omni studio utilitatis propriae atque antea, ex ratione sola ab omni studio aliena, nimirum ad sumendam causam huic effecto causae idoneae ducere, i. e. ad existentiam Dei ut ad possibilitatem summi boni necessario pertinentem. Postulari nexum necessarium felicitatis cum moralitate.

II. Quoniam de Kantii sententia accurate disquisivimus, placeat, nunc in Fichtii, ut erat propositum, doctrinam disquirendam ingredi.

Philosophiae Fichtianae systema optime distribuitur in partes duas: I. quas sententias ferebat *usque ad* doctrinam literarum (Wissenschaftslehre) expressam; qua periodo cum

---

\*) Hoc loco autem probe notandum est, necessitatem eam moralem subiectivam esse, i. e. indigentiam, non vero obiectivam, in ipso officio videri.



Spinozae atque Kantii sententiis obstrictus esset, priorum temporum placita a posterioribus sunt discernenda; II. tum quas sententias *in illa* doctrina defendebat. Quae cum ita sint duas periodos earumque binas partes (Zimmer, Dr. Fried. ‚Joh. Gott. Fichte’s Religionsphilosophie’ diss. inaug. rationem secuti) accepturi sumus haec:

- I. A. Idealismi determinati;
- I. B. Idealismi ethici subiectivi;
- II. A. Idealismi ethici obiectivi;
- II. B. Idealismi ethici absoluti.

Atque ut inde disquisitionis meae sit exordium, partis primae de idealismo determinato quae supersunt, accuratius perspiciamus.

Hic occurrit liber\*) qui inscribitur ‚Aphorismata de religione et Deismo’ (Joh. Gottl. Fichte’s sämtliche Werke [S. W.] Herausgegeben von seinem Sohne Im. Herm. Fichte: Vol. V p. 3—8. cf. Leben und literar. Briefwechsel Bd. II p. 15—19.) a. 1790. — Noaccius v. i. (Joh. G. Fichte nach seinem Leben, Lehren und Wirken) aphorismata illa reliquias imperfectas habet. Quam opinionem non secuti sententiarum ordinem perfectum esse putamus. ‚Neque eo magis totum fragmentum exstat, prout fragmentum tantum esse musici opus putamus, dissonantiâ conticescens.’ Meditatio illa hac fere ratione progreditur.

Religionis praecepta et instituta se referunt ad necessitudinem Dei hominisque. De Dei obiectiva existentia quaestiones prohibitae sunt (No. 3 fin). Speculatio contra initium capit a natura transcendentali. Iam religio postulat Deum qui precibus flectitur, quem hominum miseret, qui amicitiam colit — illa contra ratio mere contemplativa repugnat repraesentationi religionis et Deum ut naturam immutabilem, cupiditatum expertem, remotissimum ab homine omnique creatura interpretatur (No. 4). Religio ergo et contemplatio dissen-

\*) Zimmer, Dr. Joh. Fried. ‚Fichte’s Religionsphilosophie’ cet. Schleiermacher, Berlin 1878. primus accuratius in ‚aphorismata’ illa animum advertit. Qua disputatiuncula viri illustrissimi praeclarissima hoc in opusculo conficiendo nos usos esse, grato, ut fas est, animo dicimus.

tiunt respectu proprietatum Dei. Quae diversitas facile intelligitur ex dissentientibus inter se rationis rationibus, a quibus utrumque systema ducit primordium.

Religionis principia, opinatur Fichtius, esse profecta ab animi motionibus, speculationis a ratione (Vernunft). (No. 12. init). Ut in unum convenirent quamvis multi sudaverint, frustra intendebant. No. 14. Quae cogitandi resultata sunt, Fichtius noster his (No. 15) verbis composuit:

a. est natura aeterna, cuius existenta existendique ratio est necessaria.

b. secundum et per cogitatum aeternum et necessarium ab hac natura conceptum — mundus exortus est.

c. . . causa prima uniuscuiusque mutationis nititur in prima cogitati origine Dei.

d. Natura quisque cogitans et sentiens ita existat sicut existit, necesse est.

e. Peccatum nil est nisi moderatio sive circumscriptio maior minorve (grössere oder kleinere Einschränkung endlicher Wesen)\*) entium creatorum.

Quae verba cum legimus primum quidem Spinozae doctrinae in mentem nobis venit. Ut enim Dei existentiam necessariam cogitatione fingamus, sub luce non esse videatur, probabile vero, Spinozae doctrinam secutum Fichtium de interna naturae necessitate cogitavisse, in qua necessitas et libertas in unum vocentur. Discrepat vero Fichtius a Spinoza, qui Deum substantiam, mundum eius modos esse vult: ‚per et secundum aeternum et necessarium cogitatum aeternae naturae mundus est ortus’ ait philosophus noster.

Mundus ergo cogitatorum systema Dei considerari potest. Iam vero ut mundus necessario existit, ita omnis necessitati

\*) Addendum esse videtur, nos in Fichtii opinionibus exponendis et ascribendis saepius quam in Kantii, sermone vernaculo (uncis incluso) usos esse, quod praeter opinionem difficile erat, nomina vocesque, quibus novis uti solet Fichtius, latine verti. Nam quae adhibet vocabula: ‚vollständig vollzogene Besinnung der Besinnbarkeit’ ‚reflectirte Reflexibilität’ ‚die Sehe’ ‚die Iche’ ‚die Ichheit’ accurate transferri atque reddi non potest. Cum tamen nonnulla convertimus sicut egoitas cet. veniam datum iri speramus.

subest natura cogitans sentiensque (v. s.) Quas ad rationes spectantes cur nomen idealismi determinati sit electum, facile intellegitur.

Quaestiones illas supra disputatas cum Kantius etiam animo proposuisset ad theoriam formarum visionis purarum et cogitandi, rei per se sumptae et phaenomeni perductus erat. Quam sententiam in critice rationis purae fundatam, — nos neque de mundo transcendentali neque de ente summo quidquam praedicare posse, quod his omnibus non adfectio designaretur obiectiva rei oblatae in veritate apparentis ad res alias,\*) — Fichtius non probabat. cf. S. W. I, 479. recens. Aenes. S. W. I, 19. II introduct in lit. doct. S. W. I, 472. Logica transc. Nachgel. Werke I, 321-22 sqq.

Illi philosopho quidem transcendente est vere reale id est primum 'ens' (das Seiende), tum actuale vere vivum (wahrhaftig lebendig Wirksame). Iam transmundanum ab hominibus capi posse, disserit (cf. N. 13. 18).

Repugnat enim Fichtius, transmundanum, quod sine dubio per se sumptum sensibus non appareat, etiam rationi aditum non concedere, sensu strictissimo *rationale* — *trans* rationem esse traductam. Qua re in christianismum et criticismum invehitur; sed cum critice rationis practicae imbutus esset, in qua transcendente (lex moralis) vis movens intelligentiam humanam *absoluteque* imperans constituitur, Kantii partes sequebatur.

II. Haud multo post, quomodo ideae philosophi illius Fichtium moverint, cognosci potest. Erat enim Fichtio abhinc (critice illa perlecta) persuasum, hominem esse *liberum*. Usque ad illud tempus nullam necessariam nisi naturae legem posuerat. Tum vero libertas humana ad liquidum confesumque philosopho erat perducta. Prope legem necessariam illam atque etiam super eam lex debendi (Soll) nunc constituta est; quo fit ut idealismum ethicum in lucem proferat.\*\*)

Kantii vero placitum hominem, mundo sensitivo ut sit subiectus, nullo modo ultra terminos illius progredi posse, non

\*) v. s. p. 17 et 20.

\*\*) cf. Zimmer, Fichte's Religionsphilosophie.

probabat Fichtius (v. s.). Sed cum in critice pract. rat. aditum transmudani patere spectaret rationi, atque etiam illud sensitivo mundo immanens inveniret, Kantii in partes ingressus (cf. *Leben u. Briefwechsel I*, 82 sqq. ff) quin etiam propter ista resultata subiectivismum admisit.

Ex libertate morali igitur proficiscendum est atque ab illa sola religionis et Dei notiones oriuntur, Fichtii quidem sententiâ. —

Atque ne aberret disputatio nostra, de Dei doctrina quae exstant in libro qui inscribitur, *Versuch einer Kritik aller Offenbarung* quem Fichtius pro commendatione Kantio confecit anno 1791, perquiramus. Quo libro factum est, ut Fichtius nominis famam adipisceretur in claritudinemque perveniret eo, quod editores actorum quae inscribuntur, *Allgemeine Literaturzeitung* Kantium auctorem ducebant. (S. W. V. p. 12 Scholion editoris). Duas quidem in mundo leges dominantes videmus ex Fichtii sententia, naturae et moralitatis. Utraque causalitas et legis moralis et naturalis, non tam causalitatis modo genereque, quam respectu rerum obiectarum (Objecte) diversa est. cf. V, p. 107 c=fin. Effectus vero eorum in mundo sensitivo occurrunt neque vero altera alteram tollit. Qui fit? Quo modo declarandum est? Ambae leges ex legislatura superiore pendere debent; (cf. p. 108a), ens ergo esse debet, in quo utraque regnare queat.

*Hoc ens Deus est. Deus ergo est natura, in qua utraque lex dominari potest; in eo igitur lex moralis et naturalis in unum conveniunt. Iam quod lex moralis principatum obtinet, Deus legis exëcutor (Gesetzesvollstrecker) est factururus. Lex ergo moralis, qua ad Dei notionem perducimur non magis logice quam realiter primum et vere absolutum est. Illa vero, non Deus, transmudanum est, dum Deus ipse legi morali subiectus est! cf. Scholion p. 61: Die Frage: warum überhaupt moralische Wesen sein sollen? ist leicht zu beantworten: wegen der Anforderung des Moralgesetzes an Gott, das höchste Gut ausser sich zu befördern, welches nur durch Existenz vernünftiger Wesen möglich ist. Deus est quia sine eo lex moralis esse non possit, vel Deum agnoscimus quia eo modo*

fit, ut naturam in dictione legis moralis esse, intellegamus. — Iam vero Deus lex ipsa esse dicitur. Cum enim summum perfectionis ideale maxima verecundia complectimur atque legem, quam in nobis imperantem sentimus, ad naturam extra nos positam transferimus, in qua lex effecta et in quam, ut ita dicam, proiecta est -- Deus sanctus potissimum apparet et in legis substantiae ratione versatur. (Gesetzessubstanz).

Denique officia nostra ut Dei praecepta nobis proponere licet — ut Kantius religionem definiverat. Quo fit ut Deus legislator, aut potius nuntiator significetur.\*)

Cum in ‚aphorismatibus‘ transmundanum i. e. naturam Dei obiectivam ratione humana speculanti cognosci posse, philosophus contendisset, in revelationis critice, transmundanum (lex moralis sive libertas moralis) ut practice comprehenderetur, protulit et praecepit. — Itaque aut aliud quid Deus est, ac Deus qui legislator et legesnuntiator fingitur — tum sententiae discrepantes in systemate sunt admittendae (ut sane in critice revelationis est), aut utroque loco sub Deo eadem notio est intellecta. Tum vero hoc loco, ut alias, Deus est lex moralis obiective posita. — Unde sequitur, ut unitas legis moralis et naturalis, legislatura illa superior, quae erat postulata, lex moralis ipsa sit.

Ita vero existit re vera duntaxat lex moralis, totus mundus specie induitur. Quo tandem modo transmundanum revelatur? Revelatur in homine, per quem ut realis fiat postulat.

Lex vero moralis transmundanum et vere reale est, nos (homines) igitur tantummodo ad vitam vocati summus propter finem necessarium nostrum. Iam quomodo naturas omnes morales ut transmundani formam realisationis atque quae in sensus cadunt ut transmundani formam contuitus (Anschauungsform und Realisationsform) animo eformare nobis licet? — ‚Literarum doctrina‘ ad quaestiones illas est responsura . . . . .\*)

\*) cf. Zimmer I. c.

III. Quid tandem sibi velit doctrina illa? Sub lit. doctrina Fichtius intellegi vult, deductionem quandam geneticam eorum, quae in intelligentia nostra occurrunt. cf. I, 32 „genetische Ableitung dessen, was in unserem Bewusstsein vorkommt. Non Scientiam (ein Wissen) quandam, dicit philosophus noster, peculiarem materialemque constitui, omnino non scientiam alicuius rei, cognitionum systema, non scientiae cuiusdam, rem obiectam, sed formam scientiae in omnibus obiectis, oculum aut potius oculi claritatem; utsi philosophus *non tam habeat lit. doctrinam, quam sit.* S. W. II p. 10. cf. S. W. VIII p. 372: Auch in der Wissenschaft kann man das Absolute nicht ausser sich anschauen, sondern man muss in eigner Person das Absolute sein und leben. et cf. Wiss-Lehre 1813 N. W. II, p. 5. Die Wissenschaftslehre könne nicht im blossen Bilde vor Jemand gebracht werden, sondern man müsse sie eben in sich selber sein und sie leben. —

Quem in modum et initio philosophandi et fine, quo tendat spectetque doctrina illa, servavit obtinuitque. cf. Grundlage d. Wiss. L. 1794 S. W. I, 222: animi humani historiam pragmaticam esse.\*)

Experientia ergo ad principium suum ac primordium reducitur. Illa vero duplex est et externa et interna. Et intelligentia mundi et nostra ipsius conscientia ex necessario principio sunt derivandae, id est, ex transmundo, quod vere assumitur ac ponitur. Cum etiam religio id agat, ut mundum sensitivum et hominum (Sinnen- und Menschenwelt) ex transmundo deducat, ad unum doctrina nostra ac religio spectare videtur. Nos quidem tantummodo ad religionis philosophiam quam philosophus noster profert, animum advertamus.

Atque religionis philosophiae propositum duplex est, primum religionis formam quae exstat (Erscheinungsform, phaenomenologiam) a veritate (a religionis ontologia ut ita dicam) separare, — id quod fit religionis phaenomenologia; tum, quid religionis verum sit, fingitur et exprimitur ontologiâ.

\*) cf. W. L. 1812 N. W. II, 382: „die wahre Wissenschaft ist die vollständig vollzogene Besimbarkeit, die reflectirte Reflexibilität in ihrer Ganzheit.“

Atque primum videamus qualem ad notionem ratione dogmatica perveniamus.

In libro illo, quo Fichtius ab atheismi accusatione defenditur, scribit V, 263, non esse cur ex constituto (i. e. lege morali) causa eius sive peculiaris natura fingatur. Qui coniecturam illam faciat, quaerere et accipere substratum quoddam corporale pro puro Dei actu (für das reine Handeln der Gottheit). —

Notionem vero Dei (cf. Appellation an das Publicum geg. d. Anklage des Atheism. V, 216) ut substantiam peculiarem-impossibilem et repugnantem esse. Substantiam enim necessario, naturam in spatio et tempore sensibus existentem esse. Contra Deum substantiam non esse, sed actum purum (vitam principiumque ordinis transmundani) sicut hominem — ut sit finitus — actum debitum ut participem (als Glied) ordinis illius transmundani esse. Deum ut substantiam animo proponere non minus de veritate delabi quam virtutem spaeram sive pyramidem cogitatione eformare. [. . und es ist erlaubt, dies aufrichtig zu sagen, und das Schulgeschwätz niederzuschlagen damit die wahre Religion des freudigen Rechtthuns sich erhebe. cf. Ueber d. Grund uns. Glaubens an eine göttliche Weltregierung V, 188 b.

*Iam Deum personam esse non posse; quam notionem eo enasci, quod actus puri infinitatem finibus comprehendere conati essent cum eam in subiecto (qui ex similitudine quadam [analogia] experientiae nobis exortus sit conceptus) positam esse vellent.*

Omni enim cogitatione terminum quandam et condicionem constitui. Omnem realitatem, quam caperemus, finitimam esse — id quod fieri eo, quod eam caperemus. Bd. V, p. 265. Simulatque Deum notionis obiectum redderemus, infinitum esse desinere, quoniam alias finibus terminaretur.

,Respectu materiae — ut studeam id quod cogitatione non comprehenditur, exprimere — respectu materiae Deus conscientia mera est, intelligentia, mera intelligentia est, vita spiritualis est actus.\*) Hoc vero attingens ut notione com-

\*) cf. S. W. V. I. c.

prehenderetur et describeretur, quomodo de se et aliis sciret, nullo modo fieri posse.

Veniamus si placet ad ontologiam.

Supranaturale primordium conscientiae humanae, momentum eius *constitutum* (cf. contra Kantium), sine quo illa omnino non existere possit. Itaque et per se sumptum originale et vere reale, simpliciter per se reale factum et reale faciens esse, cuius ex actu omnia, quorum de ceteris conscii simus futuri, emergant. Hoc autem transmundanum esse Deum. Omnes intelligentiae conceptus Deum attingentes nihil nisi formas, quas animo proponamus, esse, quibus supranaturale cogitando effici debeat ut comprehendatur — neque vero comprehendendi possit. Supranaturale mente complecti non nos posse, nam infinitum esse. Iam vero — ut supra dictum est — illud subiectum reale (duntaxat logicum) intellegi non posse. Praedicatum enim fines subiecto ampliores sibi arrogare, quod infinitati illius repugnaret. Transmundanum ergo purum esse praedicati conceptum (Das Uebersinnliche ist reiner Praedicatsbegriff).

Videamus quomodo res porro tractata sit.

Transmundanum vere reale aut potius verum realiter esse (Real-Sein) est. Realiter Esse autem non est Esse mortuum, quiescens, quod rebus quae in sensus cadunt attribuitur, sed Esse in se positum, quod per se et ex se existit, i. e. actus adeoque actus simpliciter primus, ex quo omnis actus et omne Esse nascitur. Transmundanum ergo sive Deus actus purus, spontaneitas absoluta, Esse in mero actu est. Actus vero intelligentiae duplici modo efficitur, explanatione (eine ausdehnende Bewegung) et retractatione (eine zurückziehende), quarum alterâ ratio practica, altera theoretica constituitur. Atque ut res ita se habet in conscientia nostra — sic potissimum in supranaturali. Est enim Velle idque, quod est infinitum, Velle infinitum. Quo fit, ut Fichtius actui explananti (ausdehn. Thätigkeit) nomen voluntatis infinitae indiderit.

Iam cum fines voluntati illi non imponantur, (nihil enim



praeter eam existit) actus efficiens et effectus in unum coguntur, subiectum et obiectum transmundani est idem idemque.

Neque vero Velle, sed etiam cogitare, Scire est supernaturalae. Quo fit ut Fichtius illi nomen sciendi (das Wissen) sive lucis merae (reines Licht) sive videndi (die Sehe) dederit. Qua in cogitatione ergo, subiectum et obiectum, cogitans et cogitatum, sciens et scitum simpliciter in unum congregiuntur. Itaque appellari potest subiectum-obiectum, aut potius, quod conceptus praedicati purus est ‚Subiect-Objectivität, ut ait Fichtius. Utitur autem philosophus, ut utramque partem notionis significet, vocibus ‚rationis purae‘ ‚egoitatis‘ (Ichheit), sive ‚vitae‘. —

Haec subiectiva obiectivitas — ut ita dicam tantum per se ipsa, non sibi ipsi (durch sich, nicht für sich) est. Est enim, ‚ein Sich-Wollen, nicht ein Sich-Erwollen, ein Sich-Realisiren.‘\*)

Denique ut finem faciamus disquisitionis, notionem Dei quae invenitur in libello qui inscribitur ‚Anweisung z. seligen Leben, oder auch die Religionslehre‘ (Erste Auflage 1806 S. W. V 401—580. 443 ff.) breviter adumbremus cum Fichtii ipsis verbis plerumque utamur.

IV. Usque ad hanc periodum Deus actus absolutus unaque absolutum fieri (alsolutes Werden, (Subject, Object) expressus fuerat. ‚Sin autem fieri absolutum cogitare conaris, pergit, necesse est, ut per tempus quoddam — quamcunque minimum est — id durare. Sed ut praetermittam quod ‚aliquod Fieri‘ non sine ‚Esse‘ cogitare potest, realiter etiam semper ‚Esse‘ valet, ut unitas et stabilitas in ‚fieri‘ veniat. Itaque actui absoluto et absoluto ‚fieri‘ pro fundamento est ponendum ‚Esse.‘ ‚Nun ist, pergit philosophus noster, dieses Dasein selber auf sich ruhend und stehend; vor allem seinem Begriffe von sich selbst, und unauflöslich diesem seinem Begriffe von sich selbst (wie wir dies oben bewiesen), und dieses sein Sein, sein reales, lediglich unmittelbar anzunehmendes: ‚Leben‘ genannt haben; woher hat es nun dieses, von allem

---

\*) cf. Fichte, Anweisung z. sel. Leb. — v. i. p. 32a. — cf. Zimmer, l. c.

seinem, aus seinem Begriffe von sich selbst folgenden Sein völlig unabhängiges, demselben vielmehr vorhergehendes und es selbst erst möglich machendes Sein? Es ist dieses das lebendige und kräftige Dasein des *Absoluten* selber, welches ja allein zu sein und da zu sein vermag und ausser welchem nichts ist, noch wahrhaftig da ist. Nun kann das Absolute, so wie es durch sich selber seyn kann, auch nur durch sich selber dasein: und da es selbst, und kein fremdes an seiner Stelle dasein soll, indem ja auch kein fremdes ausser ihm zu seyn und dazuseyn vermag; es ist da, schlechthin so, wie es in ihm selber ist, und ganz, ungetheilt und ohne Rückhalt, und ohne Veränderlichkeit und Wandel, als absolute Einerleiheit, so wie es also auch innerlich ist. Das reale Leben des Wissens daher, in seiner Wurzel selber, das innere Seyn und Wesen des Absoluten selber und nichts anderes; *und es ist zwischen dem Absoluten oder Gott, und dem Wissen in seiner tiefsten Lebenswurzel gar keine Trennung, sondern beide gehen völlig in einander auf.* V, 443. *Iam cum in Fichtii systematis finem eiusque potissimum doctrinae de Deo perquirendae, pervenerimus, breviter si placet quattuor periodos quibus philosophandi ratio processit, disperse et dissipate dictas unum in locum cogamus et remiscendi causa unum sub aspectum subiciamus.\*)*

I. Atque primum quidem periodum quam idealismi determinati nominavimus qua — ut est idealismi — vere reale non est in mundo, qui in sensus cadit, sed in natura transmundana, cuius cogitationibus mundus sensitivus demum conditus est, afferamus. Deus ergo nil nisi prima causa mundi; neque enim sine illo naturam enodare et explanare potest philosophus. — Tribus periodis idealismi ethici principium non est obiectum externum sed moralitas, quae primum legem absolutam subiecti se agit (idealismus ethicus subiectivus sive sententia moralismi sive ut ait Kantius stoicismi. cf. V. p. 466: Die zweite aus der ursprünglichen Spaltung möglicher Ansichten der Welt hervorgehende Ansicht ist die,

---

\*) cf. Fichte's SS. WW. V, 466 sqq.

da man die Welt *erfasst als ein Gesetz der Ordnung und des gleichen Rechtes in einem Systeme vernünftiger Wesen...* Ein Gesetz und zwar ein ordnendes und gleichendes Gesetz für die Freiheit mehrerer, ist dieser Ansicht das eigentliche Reale und für sich selber Bestehende; dasjenige, mit welchem die Welt anhebt, und worin sie ihre Wurzel hat.'

*Tertia mundi opinio (Ansicht) ex moralitate vera atque superiore (höhere Sittlichkeit (cf. p. 469 a) oritur. Etiam illi mundi spiritualis (Geisterwelt) lex summum, primo absoluteque reale. Neque vero lex ordinans res datas (das Vorhandene), sed lex creans ordinans absolute, eoque ipso creans XI, 392. —*

Quarta mundi existimatio nascitur ex tertia; est autem religionis condicio et status (Standpunkt der Religion). *Deus est id, quod ei deditus et ab illo inflammatus inflatusque facit. V, 472:...* und die, aus dem leeren Schattenbegriffe von Gott unbeantwortliche Frage: *was ist Gott*, wird hier so beantwortet: *er ist das, was der ihm Ergebene und von ihm Begeisterte thut.*'

Iam cum a doctrina eademque una, absoluta, in se ipsa perfecta initium faciamus, ad ea quae periodo quarta continentur (Inhalt), pervenimus. Discernitur periodus ultima a quarta tantum eo, quod ratione *genetica* concipitur, quod religioni tantummodo factum occurrit. cf. V, 472: Die Wissenschaft erfasst alle diese Punkte der Verwandlung des Einen in ein Mannichfaltiges, und des Absoluten in ein Relatives vollständig, in ihrer Ordnung und in ihrem Verhältnisse zu einander... sie geht über die Einsicht, dass schlechthin alles Mannichfaltige in dem Einen gegründet sei und auf dasselbe zurückzuführen sei, welche schon die Religion gewährt, hinaus zu der Einsicht des Wie des Zusammenhanges: *und für sie wird genetisch, was für die Religion nur ein absolutes Factum ist.*' —

Satis mihi multa verba fecisse videor qualis sit Fichtii de Deo doctrina; restat ut tandem — resultatis compositis — exponam quae ratio inter Fichtii de Deo doctrinam et Kantianam intercedat.

Systemate utroque accurate disquisito et perspecto primum qua ratione philosophi nostri respectu ‚critices purae rationis facultatisque iudicandi‘ atque doctrinae de Deo apud Fichtium nobis inventae, inter se dissentiant, hac de causa breviter adumbrare nobis proposuimus, quod saepius in placitis explicandis opinionum discrepantium mentionem fecimus.

Huc accedit, quod Fichtius permultis locis se resultatis critices purae rationis maxima offensione affectum esse affirmavit.\*)

Iam animo proponamus, quae exstant in crit. purae rat., ubi Kantius: ‚Ich kann, inquit, das Zurückgehen zu den Bedingungen des Existirens niemals vollenden, ohne ein nothwendiges Wesen anzunehmen, ich kann aber von demselben nicht anfangen.‘

Quae verba cum legimus facile intellegere et ratione comprehendere possumus, cur Fichtius in Kantium invehatur. Illi enim duntaxat transmundanum primum absolutumque et vere reale est, neque unquam opinionis in mentem venit, Deum non nisi in quodam versari principio regulativo, quo omnis coniunctio in mundo debeat perinde spectari ac si e causa quadam perfecta existat necessaria ut regula in ea unitatis systematicae atque ex legibus universalibus necessariae in illa explicanda ponatur, nec vero in assertione quadam cernatur existentiae cuiusdam per se necessariae; nec eius opinionis, rerum naturam ita considerandam esse, ac si Deus esset, proinde notionem illam tantum principium rationis iudicandi facultati subiectivum esse, quod ut regulativum (haud constitutivum) ad facultatem iudicandi nostram itidem necessario valeret, ac si principium obiectivum esset.

Contra Fichtius, esse naturam aeternam cuius existentia existendique ratio sit necessaria probare conatur quaestionemque ponit, nonne aditum rationi pateat ad naturam, cuius proprium peculiareque sit ratio (zu dem eigentlich Vernünftigen). Ab initio locum occupat transmundanum ut realissimum, unde sit progrediendum. —

\*) cf. Transc. Log. N. W. I, 321—322 sqq. Rec. Aenes. S. W. I, 19. 2. Einl. i. d. Wiss.-Lehre S. W. I, 472a.

Quamobrem Fichtium quasi de caelo philosophiam traducere conatum esse, Kantium contra a terra in summam naturam adripiendam manus porrexisse, adriperere non potuisse, in introductione nostra diximus, dissidentia respectu phaenomenorum attingentes philosophorum nostrorum, nempe rationem metaphysicam Fichtii, cognoscendi rationem Kantianam.

Multo vero gravius esse videatur, ratione habita totius Kantii Fichtii que de Deo doctrinae, quae ratio intercedat exponere.

Quaerentibus nobis, quae summa atque caput Kantii philosophiae sit, breviter iis verbis exsequi licebit: *„Absolutum esto.“*

Quid vero absolutum sibi velit? *Absolutum*, respondet Kantius, id esse quod ratio postulet atque *esse debere*, quia ratio postulet.

Absoluti ergo realitas — ut est postulata — in unum concurrit cum rationis realitate.

Quid igitur Kantii doctrinae summa erit? Rationem se ipsam realem reddere debere (Selbstrealisirung der Vernunft). Neque vero absolutum esse positum nec datum neque apperipiendi obiectum, — sed propositum, agens quoddam aliquid, *„Selbstrealisirung“* quod appellatur, ut processum apparere, quo studeat ratio una communis, infinita, ut in multitudine rationis principiorum (Vernunftprincipien) peculiarium finitorum realem se reddat. Quem processum terminis finibusque non concludi. — Inspiciamus nunc si placet, Fichtii placita, priusquam Kantii doctrinam porro tractamus, ac primum quidem, quae negativa de Dei notione proferat, consideremus.

Negat enim Deum personam aut substantiam esse posse, quia substantia necessario natura in spatio et tempore existat sensibilis atque personae notioné actus puri infinitas finibus comprehendatur. cf. Appelation a. d. Publ. geg. d. Anklage des Atheism. S. W. V, 217.\*)

Notionem enim personae non nisi experientiâ (finita) nobis datam esse. S. W. V, 188. 267. 217.\*)

Postquam illo modo conscientiam humanam composuit Fichtius eo progressus est, ut Dei conscientiam (Selbstbewusstsein) negare conaretur. cf. Grundlage d. gesammten

\*) v. s. pag. 29.

Wissenschaftslehre S. W. I, 275: Setzet zur Erläuterung, das Selbstbewusstsein solle erklärt werden, so ist dies nicht anders möglich, als durch die Voraussetzung, dass Gott über sein eignes Sein reflectire. Da aber in Gott das reflectirte Alles in Einem und Eins in Allem sein würde, so würde in und durch Gott reflectirtes und reflectirendes Denken, das Bewusstsein selbst und der Gegenstand desselben sich nicht unterscheiden lassen und das Selbstbewusstsein Gottes wäre demnach nicht erklärt, wie es denn auch für alle endliche Vernunft, d. i. für alle Vernunft, die an das Gesetz der Bestimmung desjenigen, worüber reflectirt wird, gebunden ist, ewig unerklärbar und unbegreiflich bleiben wird.

Facile intellegitur, existimationes istas longe a theologiae sententiis quae tum vigerent, discessisse. Sed cum ad nil nisi ad negativum spectarent definitiones atque insuper notio personae substantiaeque arbitraria et subiectiva videretur esse, interpretationes aliae quaedam non erant non permissae.

Sed Fichtius in definitionibus negativis solis perstabat operamve navabat in aedificio destruendo et interrumpendo, inscius, quomodo novum construeret atque erigeret? — Immo vero definitiones etiam positivas in medium attulit, quae quasi per omnes philosophiae eius periodos perfluunt: ‚Nihil nisi mundus moralis datur et existit idemque est Deus!‘ cf. Ueber den Glauben a. e. göttliche Weltregierung S. W. V, 186: Jene lebendige und wirkende moralische Ordnung ist selbst Gott; wir bedürfen keines andern Gottes, und können keinen andern fassen. Es liegt kein Grund in der Vernunft, aus jener moralischen Weltordnung herauszugehen und vermitteltst eines Schlusses vom Begründeten auf den Grund noch ein besonderes Wesen, als die Ursache desselben anzunehmen. Et p. 187 fin: Es ist gar nicht zweifelhaft, sondern das Gewisseste, was es giebt, ja der Grund aller andern Gewissheit, das einzige absolute gültige Objective, dass es eine moralische Weltordnung giebt, dass jedem vernünftigen Individuum seine bestimmte Stelle in dieser Ordnung angewiesen und auf seine Arbeit gerechnet ist. cf. ‚Anweisung z. seligen Leben‘: S.

W. V. p. 467: ‚Ein Gesetz ist für diese Weltansicht (v. s.) das Erste, was da allein wahrhaftig ist und durch welches alles andre, was da ist, erst da ist.‘

Admirandum sane non est, quod existimatio — ordinem mundi moralem absolute primum omnis cognitionis obiectivae esse, sicut libertatem destinationemque moralem absolute primum omnis subiectivae (cf. V, p. 186. b.), indignatione multos affecit. Atque Fichtius ipse altercationem ex sensu adversarii, quoniam modo lex, quae nimirum nihil nisi necessitudo (ein blosses Verhältniss) et prorsus abstractionis notio sit, pro realitate habere possit, affert. Ei vero, inquit philosophus, ex eo prorsus oritur admiratio, quod nihil reale habere potest praeter materiam visibilem et sensibilem. [.. ‚Und er gehört darnach unter diejenigen, mit denen wir gar nicht reden‘].

Neque vero minus in *Kantii* systemate summa et caput, quod universae rationis legislaturae fastigium est, *lex moralis* exstat!

Nam etiam illi philosopho *lex moralis* propositum est, quare summum dicit officium esse, id perpetuo operam dare, ut id reale fiat\*).

*Sed aliis notationibus usus est ut ‚ideali optimi mundi‘ solito ‚summo bono.‘ —*

Consideremus enim, si placet, haec *Kantii* placita. ‚*Lex moralis* ad possibilitatem alterius elementi summi boni nempe felicitatis, moralitati illi consentaneae pariter sine omni studio utilitatis propriae atque antea, ex ratione sola ab omni studio aliena nimirum ad sumendam causam causae huic effecto idoneae ducat necesse est i. e. existentiam Dei ut ad possibilitatem — summi boni necessario pertinentem postulet.‘ — ‚*Lex moralis* imperat, ut quantum esse potest summum bonum in mundo ut ultimam rem obiectam universae vitae statuam.‘

Sed nisi ex auctoritate (Giltigkeit) ethices idearum consequitur, ut fieri possit, ut reales fiant — quamobrem tandem existentia Dei postulatur?! *Opinio* enim *Kantii* haec est: Si fieri nullo modo potest, ut ethices ideae reales fiant — nihil valent. — Sed — re vera absolute valent — reales ergo fieri

\*) cf. *Krit. d. prakt. Vern. R.-S.* 256—57. *Ha.* 228—29.

posse debent. — Quod sane effici non posse, nisi per convenientiam voluntatis hominis cum voluntate auctoris mundi sancti atque benigni.

Qua in argumentatione doleo, quod termini maiores (die beiden obersten Sätze) repugnantur. Nam in termino maiore priore, ut ethices ideae (sive lex moralis) irritae et vanae sint — relative tantum non fieri posse contenditur, auctoritatem ergo earum tantum relative necessariam, ea nempe condicione, ut reales fieri illae possint! — In enunciatione vero altera, quamquam ut ideae illae vanae et irritae sint, absolute fieri non posse contenditur, eis consequens tamen adscribitur atque attribuitur, quod nisi ex auctoritate *relativa* oriri non potest! — Nam si re vera illae valerent absolute — valerent etiam si reales fieri non possent; postulato illo ergo omnino non opus esset. — Sin vero ea tantum condicione valerent ethices ideae, ut perfici possent — neque eo magis postulato illo non esset opus. — Itaque nullo modo, si *alteram* enuntiationem *constanter* sequimur, in postulatum illud incidimus. Neque vero unquam, ut illud etiam afferam — quotiescunque unitatem debendi (Soll) et possibilitatis (Kann) contendit Kantius, *quare* fieri debeat demonstravit.\*)

Hoc ergo absolutum, quod se ipsum velit, a Kantio derivatum, duntaxat relative summum(!) bonum appellatum esse\*\*), contradictio in terminis — ut ita dicam significari potest. Nam quomodo fit, ut supra rationem absolutam eiusque postulata Deus locum teneat?

Kantius enim, cum unitatem debendi et possibilitatis mente comprehendere non possit — Deum postulat. Quid vero sibi velit iste Deus, qui modo fere Dei antiquae tragoediae, qui Deus ex machina appellatur, introit in systema? —

Legislator apud Kantium supremus, non est Deus, sed mera ratio eademque secundum suam propriamque potestatem, *non* secundum potestatem a Deo acceptam! Atque etiam Deo fidem habere, non Dei gratia, sed rationis causa

\*) cf. IV, 128 sqq. VI, 207. 210. 213 a. l. cf. Krit. d. prakt. Vern.: wir sollen das höchste Gut, welches also (?) doch möglich sein muss.

\*\*) cf. Kritik d. prakt. Vern. R.-S. 265–266. Ha. 246–247.



opus esse, quae utile commendaret. Suadendum, ut credamus, Deum esse — neque vero officium huius fidei esse imponendum.\*) —

*Neque vero tamen in cogitationem mihi incidit affirmare, Kantium Dei ideam — ordine mundi morali consumi voluisse.*

Id contra semper philosophus noster studuit, ut agnosceretur, optimi mundi ideam, i. e. nexum necessarium inter moralitatem felicitatemque illi aequabilem, existentiam causae universae naturae a natura diversae, quae rationem huius nexus quippe summi felicitatis cum moralitate concentus contineat — creatorem absolute perfectum postulare ut causam naturae supremam, quatenus ad summum bonum sumenda videatur; quae natura per intelligentiam ac voluntatem causa sit (proinde auctor) naturae rerum, necesse esse, Deus sanctus et benignus. —

Itaque sub luce esse videatur, Kantium cum Dei ideam et ordinis mundi morales accurate distinxisse, tum ex Dei idea pendere illum ordinem voluisse, neque eum unquam consilium cepisse, ordinis mundi morales pro absoluto constituendi.

Sed utcunque res se habet, tamen obtinendum est, Kantii philosophiam respectu Dei et mundi morales sibi ipsi non constare. Summa et caput enim erat, ut supra diximus, non ‚absolutum est‘, sed ‚absolutum esto‘, est ad existentiam vocandum, reale faciendum est. Quod quidem ratio postulat, quae se ipsam absolutum gerit. Ratio ergo suam ipsius realisationem postulat.

Quid igitur est admirandum Fichtium, cum existimationem Kantii, — fortasse admitti posse ut sensualitas atque intelligentia uno ex fonte sint exorta, — exceperit, vestigia Kantii persecutum ad sententiam ordinis mundi morales pervenisse?

Kantius enim Deum postulavit ut causam interve-

---

\*) cf. Loewe, die Philosophie Fichte's nach dem Gesamtergebniss ihrer Entwicklung cet. — quod viri d. opus accuratissime et sagacissime scriptum saepius in consilium assumpsimus. v. s. p. 35.



nientem inter virtutem (moralitatem) et felicitatem, id est *inter sensualitatem et rationem*.\*) —

Quaenam igitur unitas facultatum illarum erit? — *Actus absolutus*. — (Die absolute Thätigkeit). — Nam eo posito contemplationis studio, ut Deus sit, plane atque prorsus sufficitur.\*\*)

Itaque factum est ut lit. doctrina *audacter eo progressa sit, ut summi boni ideam, ordinem mundi moralem* — et etiam in Kantiano systemate agnosci opus fuit — (hätte sollen) — absolutum se ipsum postulans — Deum esse — *Deum edicat atque praedicet*: Die moralische Weltordnung ist selbst Gott; wir bedürfen keines andern und können auch keinen andern fassen! v. s. Ueber den Grund unsres Glaubens a. e. göttliche Weltregierung. S. W. V, 186. —

Illa sententia, quae iam initio doctrinae de Deo Fichtianae occurrebat, quasi perfluit per omnes periodos, perfluit totum systema, quod religionis philosophiâ demum coronatur atque exornatur, nempe sententia: Transmundanum esse vere reale idemque ab homine concipi posse.

Quam ad opinionem planam faciendam atque probandam, comparentur, quaeso, hi loci: Vorlesungen über das Wesen des Gelehrten 1805: es giebt eine göttliche dem Menschen zugängliche Idee (S. W. VI, 428) Sittenlehre 1812.. der Begriff. (d. h. Gott vgl. S. 58) lebt und erscheint XI, 44, denique XI, 105: Es giebt überhaupt etwas Uebersinnliches, über alle Natur Erhabenes.\*\*)

,*Die Bestimmung des Menschen ist, das Leben und Werkzeug des Ueberirdischen zu werden!* (p. 105).’ —

Quae verba modo laudata legentibus atque ex philosophorum nostrorum, quos et colere et maxima reverentia honorare didicimus, officina nobis egredientibus Pauli apostoli illud obversatur: Act XVII, 28: *ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμεν* — quod Lutherus noster pulcherrime convertit:

Denn in ihm *leben* und *weben* und sind wir.

\*) v. s. p. 21. Krit. d. prakt. Vern.

\*\*\*) Loewe l. c.

## VITA.

---

Natus sum Leonardo, Constantinus van der Briele Cosvigi, in urbe Anhaltina die XVI mens. Ian. MDCCCLV 4855  
patre Constantino, matre Friderica, e gente Voigt, quos ambos  
adhuc superstites veneror.

Fidei addictus sum evangelicae. Postquam primis literarum elementis in oppidulo patrio imbutus sum, transii ad gymnasium Carolinum, quod appellatur, Bernburgense, ubi a Guenthero direttore in quintam classem receptus reliquos deinceps altiores gradus adscendi. Maturitatis testimonium adeptus annoque MDCCCXXVI civium academicorum in alma litteraria universitate Halensi numero adscriptus, usque ad hoc tempus theologiae et philosophiae studiis me dedi. Anno MDCCCLXXVIII commentatione de Leibnitii duobus quibusdam scriptis\*) inter se comparandis scripta praemium Kru-gianum petii atque maximo gaudio sum affectus, quod amplissimus philosophorum ordo dignum me iudicavit, qui laude illa exornarer. Quo secundo eventu cum inflammatum essem, multum temporis in systematibus philosophorum nostrorum cum Fichtii tum Kantii consumpsi atque eo progressus sum, ut quae ratio intercederet inter Fichtii de Deo doctrinam et Kantianam explicare conarer.

Praeceptoribus usus sum hisce v. d: Beyschlag, Koestlin, Kaehler, Jacobi, Riehm, Schlottmann, Wolters beato; Erdmann, Ulrici, Haym, Aug. Mueller, Krohn.

Quibus viris omnibus optime de me meritis gratias ago quam maximas.

---

\*) De primae philosophiae emendatione et de notione substantiae (1695) — atque monadologia (1714).



nientem inter virtutem (moralitatem) et felicitatem, id est *inter sensualitatem et rationem*.\*) —

Quaenam igitur unitas facultatum illarum erit? — *Actus absolutus*. — (Die absolute Thätigkeit). — Nam eo posito contemplationis studio, ut Deus sit, plane atque prorsus sufficitur.\*\*)

Itaque factum est ut lit. doctrina *audacter eo progressa sit, ut summi boni ideam, ordinem mundi moralem* — et etiam in Kantiano systemate agnosci opus fuit — (hätte sollen) — absolutum se ipsum postulans — Deum esse — *Deum edicat atque praedicet*: Die moralische Weltordnung ist selbst Gott; wir bedürfen keines andern und können auch keinen andern fassen! v. s. Ueber den Grund unsres Glaubens a. e. göttliche Weltregierung. S. W. V, 186. —

Illa sententia, quae iam initio doctrinae de Deo Fichtianae occurrebat, quasi perfluit per omnes periodos, perfluit totum systema, quod religionis philosophiâ demum coronatur atque exornatur, nempe sententia: Transmundanum esse vere reale idemque ab homine concipi posse.

Quam ad opinionem planam faciendam atque probandam, comparentur, quaeso, hi loci: Vorlesungen über das Wesen des Gelehrten 1805: es giebt eine göttliche dem Menschen zugängliche Idee (S. W. VI, 428) Sittenlehre 1812.. der Begriff. (d. h. Gott vgl. S. 58) lebt und erscheint XI, 44, denique XI, 105: Es giebt überhaupt etwas Uebersinnliches, über alle Natur Erhabenes.\*\*)

,Die Bestimmung des Menschen ist, das Leben und Werkzeug des Ueberirdischen zu werden! (p.105).’ —

Quae verba modo laudata legentibus atque ex philosophorum nostrorum, quos et colere et maxima reverentia honorare didicimus, officina nobis egredientibus Pauli apostoli illud obversatur: Act XVII, 28: *ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν* — quod Lutherus noster pulcherrime convertit:

Denn in ihm leben und weben und sind wir.

\*) v. s. p. 21. Krit. d. prakt. Vern.

\*\*\*) Loewe l. c.

## VITA.

Natus sum Leonardo, Constantinus van der Briele Cosvigi, in urbe Anhaltina die XVI mens. Ian. MDCCCLV 1855 patre Constantino, matre Friderica, e gente Voigt, quos ambos adhuc superstites veneror.

Fidei addictus sum evangelicae. Postquam primis litterarum elementis in oppidulo patrio imbutus sum, transii ad gymnasium Carolinum, quod appellatur, Bernburgense, ubi a Guenthero directore in quintam classem receptus reliquos deinceps altiores gradus adscendi. Maturitatis testimonium adeptus annoque MDCCCXXVI civium academicorum in alma litteraria universitate Halensi hoc tempus theologiae et philo-  
MDCCCLXXVIII commentati-  
busdam scriptis\*) inter se con-  
gianum petii atque maximo  
plissimus philosophorum ordo  
illa exornarer. Quo secundo  
multum temporis in systema  
cum Fichtii tum Kantii consti-  
ut quae ratio intercederet in  
Kantianam explicare conarer.


Praeceptoribus usus sum  
lin, Kaehler, Jacobi, Riehm  
Erdmann, Ulrici, Haym, A.

Quibus viris omnibus o-  
quam maximas.

\*) De primae philosophiae  
(1695) — atque monadologia (1714)







Biblioteka  
Główna  
UMK Toruń

22049

Biblioteka Główna UMK



300020446169